

herbacei dicti Solinus inquit Chrysoprasius Solinus.
ex auro & porraceo lumen mixtū tra hens
quem alig Beryllorū generi adiudicarunt.
Nascit̄ ī Æthiopia, Africa, et Cypro. Puni
ci autores tradunt ipsum ad cordis passio
nes efficacem esse, dispneumonicisq; auxi
lium afferre. De Topazio.

¶ Topazius gemma uiridis est, cui ea glo
ria fuit, dum primum repta esset, ut omni
b; preferret̄. Inuenit̄ autem est in Arabie
insula que Chitis appellat̄, in q̄ Troglody
te predones, quum diuti; fame et tempesta
te pressi, herbas radice; effoderunt, eruere
Topazium. Alij Topatum insulam esse as
firmāt in mari rubro nebulosā, & ideo sæ
pe quesitā nauigātibus, ex eaq; causa ita uo
catā. Topazin em̄ Troglodytarum lingua
quærere significat. Ex hac dicunt Topazi
um primum importatum Berenicæ regis
næ quæ fuit mater Ptolomei a præfecto re
gis Philemone, mireq; ei placuisse, & inde
factā statuā Arsinoe Ptolomei philadelphi
uxori q̄ttuor cubitorū, sacratam in delubro
qd̄ aureum uocabat̄ Posteriores ipsū circa
Thebaidis oppidū Alabastræ nasci inuene
runt Faciunt eius duo genera. Prasoidem
hoc est Porraceū, et Chrysopteron similem
Chrysoprasio. Est aut̄ amplissima gemmarū

Τοπάζω

B. 4 &